



# Theses juridicae inaugurales

<https://hdl.handle.net/1874/292733>

12

# THESES JURIDICAE INAUGURALES,

QUAS,

ANNUENTE SUMMO NUMINE,

EX AUCTORITATE RECTORIS MAGNIFICI

BERNARDI TER HAAR,  
THEOL. DOCT. ET PROF. ORD.

NEC NON

AMPLISSIMI SENATUS ACADEMICI CONSENSU

BT

NOBILISSIMAE FACULTATIS JURIDICAE DECRETO,

*Pro Gradu Doctoratus*

SUMMISQUE IN

JURE ROMANO ET HODIERNO HONORIBUS AC PRIVILEGIIS,

IN ACADEMIA RHENO-TRAJECTINA,

RITE ET LEGITIME CONSEQUENDIS,

ERUDITORUM EXAMINI SUBMITTIT

ZACHARIAS HENRICUS POST,

*Tielo-Gelrus.*

A. D. XXV M. JUNII, ANNI MDCCCLIX, HORA XI.



TRAJECTI AD RHENUM,  
APUD J. G. VAN TERVEEN ET FIL.  
MDCCCLIX.



## T H E S S.

---

### I.

Institor non liberatur eo, quod dominus solvendo esse desiit.

### II.

Debitor lite ab uno reo stipulandi contestata alteri solvere potest in Jure Justinianeo.

### III.

Nulla antinomia est inter L. 10 D. de pactis et L. 58 § 1 D. mandati.

## IV.

Facio cum Cl. VANGEROW, Leitfaden § 608, pag. 312, in Jure Justinianeo, stipulationem sibi et uni heredum dari, omnibus heredibus prodesse; si autem non sibi sed uni heredum dari quis stipulatus sit, tunc unicū creditorem fieri cui stipulatus est.

## V.

Non facio cum FRANCKE, Arch. für Civ. Praxis XXVI, 14. sententiam Bulgari „dotem profectitiam mortua in matrimonio filia patri restituendam esse” non valere, si filia sui juris decessit.

## VI.

Non facio cum SCHULTINGIO ad L. 14 § 1 D. soluto matrim. dicenti „non obstat L. unic. § 7 Cod. de rei uxor. act. quae de pactis circa modum et tempus restituendae dotis accipi potest.”

## VII.

An donationes pactis antenuptialibus vigente Codice

Napoleontico inter conjuges factae legitimam partem laedant, dijudicandum est secundum Codicem Napoleonticum et minime secundum nostrum.

### VIII.

Prodigus filium negare potest non autem ejus curator.

### IX.

Servitus fenestrarum vel ne luminibus officiatur praescriptione constitui nequit.

### X.

Legitimatio per rescriptum principis art. 333 C. C. liberis legitimis sponsi vel sponsae superstitis non nocet.

### XI.

Praefertur primo subrogato, qui in locum creditoris potentioris, cui pro parte ab inferiori creditore solutum est, succedit.

## XII.

Inter conjuges prohibita non est ex art. 1503 C. C.  
venditio rerum, quas sibi invicem donare possunt.

## XIII.

Minus probandum quod societas anonyma, ut pro-  
rogetur, iterum indigeat regis consensu.

## XIV.

Si merces in navigatione perierunt in aliam quam  
destinatam navem, ignorante domino, magistri arbi-  
trio translatae, damnum ad debitorem nautici foene-  
ris pertinet.

## XV.

In art. 512 C. M. verba „behoudens aan laatstgemel-  
den het bewijs van het tegendeel“ sunt stricte accipienda.

## XVI.

Societas dissoluta declarari nequit forocessa.

## XVII.

Art. 577 C. M. etiam spectat magistrum.

## XVIII.

Non facio cum Cs. OUDEMANS, Opm. en Med., X,  
pag. 187 statuenti „codicem mercatorum tunc demum  
contra mercaturam non excrcentes probare, si res de  
qua agitur vel a reo generaliter agnita vel ab actore  
quodammodo est probata.”

## XIX.

In casu art. 224 C. P. appellatio exclusa est.

## XX.

Actionem sec. art. 22, C. Q. Cr. institutam laesus,  
mutata voluntate rumpere non potest.

## XXI.

Bene defendi potest civitatem non nisi lege  
acquiri.

## XXII.

Jus postliminii in republica Belgii foederati violatum est, cum provinciae Trajectina, Gelria et Transsilania a<sup>o</sup>. 1674, pulsis hostibus, in Unionem aliis conditionibus sunt receptae.

## XXIII.

Qui certamini singulari ansam praebuit, licet ipse dein provocatus sit, majori poena adfici debet, quam adversarius.

## XXIV.

De Staat is niet verpligt het papieren geld, waarvan de waarde in den omloop verminderd is, tegen de nominale waarde in te wisselen.

## XXV.

Eene belasting op de inkomsten is bij een handeldrijvend volk af te keuren.

## XXVI.

To rect zegt ADAM SMITH: It would be too ridiculous to go about seriously to prove, that wealth does not consist in money, or in gold and silver, but in what money purchases, and is valuable only for purchasing. Money, no doubt, makes always a part of the national capital; but it has already been shown that it generally makes but a small part, and always the unprofitable part of it."

---

19 x 600